

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chytræus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput IX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)

λάβω, καὶ μὴ νομικῶς ἀπαιτήσω. Vsitatissimum enim est, vt Creditores, sua ipsorum pecunia, cum eam repossunt, sibi ex amicis inimicos faciant.

πρὶν τι λαβῆν τίσι, ἀτὰρ τυγίσει λαβόντες.

Cum possunt laudant: odio sectantur, habentes.

Sponsiones.

De S P O N S I O N I B V S notum est germanicum Prouerbum: *Bürger sol man würgen*, congruens cum Græco, quod foribus templi Delphici inscriptum erat, *εἴψα, πᾶρα δ' ἀτη*, Sponde, damnum praesto est. Nam *ΑΤΗΝ* à Ioue ex caelo deiectam, in his terris apud *εἴψαν* diuertisse, & cum ea desponsatam esse fingunt. Homerus *Odyss. θ.* *Δήλαι τοὶ δέλαιον καὶ εἴψαν εἴψααδαι*, qui versus ita construi debet: *εἴψαν* sunt *δέλαι* εἴψααδαι αὐτὶ *δέλαιον*, Sponsiones sunt miseræ seu leues, spondentes inquam pro leuibus. *Noli litigare cum magistratu.* Congruit cum prima sententia huius capituli.

Sodalitia praua.

Noli conuersari plus satis audacibus. Sequentes sententiæ sodalitia praua prohibent, quibus implicati multi, alienorum furorum poenas luere vna coguntur, & tristissimis calamitatibus saepe aliorum culpa attractis inuoluuntur. Theognis: *κακοῖσι δὲ μὴ προσομιλῆ*

εὐδῶν μὲν ἢ ἀπ' εὐδῶν μαθήσεαι, ἐὼς ἢ κακοῖσι

συμιχθῆς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἔοντα νέον.

Conuersare bonis, & ab his bona plurima disces,

Cum prauis viuens, tu quoq; prauus eris.

Plato: *τὰ τ' κακῶν ζῶστας, φῦγε ἀμετὰς ἑστί.* *Coram ignoto ne facias*

quod celandum putes. Prohibet Futilitatem temere enunciantem & facientem omnia apud quosuis. Pugnatur cum Taciturnitate prudenti: quæ in doloribus & ærumnis præcipue, multo vtilior est, quam querelæ impatientes. Nam in silentio & spe sita fortitudo nostra, *Esa. 30.* & *Ebraei ac Germani prouerbum habent: Tace & feras, נשם יתנו.*

Taciturnitas prudens.

Caput I X.

Cassitas & fides conugalibus.

Et Zelotypus sis super uxore pudica tua: nam nimia Zelotypia nihil adfert boni. Ne imperium feras muliebri, ne prorsus dominetur tibi. Fuge amicas, ne incidas in laqueos earum, ne assuescias te ad psaltriam, ne capiat te illecebris suis. Noli respicere ad puellas, ne accendaris erga eas. Vide ne adhareas scortis, & iacturam facultatum tuarum facias. Non iacta ceruicem huc illuc respiciens, nec per omnes angulos discurre. Auerte faciem tuam à pulchris fæminis, neq; forma te alienarum moueat. Formosæ enim mulieres deceperunt multos, & male cupiditates hinc inardescunt quasi ignis. Non assideas mulieri aliena, non amplectaris eam, neq; conuiueris cum ea, ne cor tuum adharescat illi, tuusq; amicus captiuetur. Noli relinquere amicum veterem: neq; erimus nostri,

Amici veteres.

nostri,

noſti, an tanti ille nouus futurus ſit. Nouus amicus eſt ſicut mu-
ſtrum nouum, vide an etatem ferat, & erit dulcis tibi. Non te
moueat, ſi impium videas florere honoribus. Nam ignoras e-
uentum fortuna illius. Noli approbare cœpta impiorum. Nam
non reſpiſcunt donec ad inferos descendant. Nimia familiari-
tate ne conuerſare ijs, qui poteſtatem habent vitæ & necis, ne in-
cidas in periculum mortis. Si autem cogeriſ conuerſari potenti-
bus, vide ne alicubi impingas, & ſubeas vitæ diſcrimen, cum mini-
me cogitaſ. Sciaſ te inter medios laqueos ingredi, & ambulare
quaſi in ſummis ſaſtigijs turrium. Explora accuratè proximum
tuum. Conſilio indigens, utere opera ſapientum, & cum pru-
dentibus habeto colloquium, omniaq; negotia tua exige ad ver-
bum Dei. Adiunge te bonis hominibus, & latare cum eis, hoc
ipſum tamen in timore Dei.

Scandalum
felicitatis
impiorum.

Vitandæ fa-
miliaritates
potentum.

Q Vinq; locos continet. I. De CONIVGIO & CASTITATE ac
amore coniugali, & vitandis libidinibus vagis: pertinet ad VI. præce-
ptum Decalogi. Indidit autem Deus menti humanæ intellectum & noti-
tias virtutum, & tum cæteras virtutes, iuſtitiam, veritatem, beneficiã, &c.
tum vero caſtitem ſeueriſſimè in lege ſua præcipit, & horribilibus pœnis
ſceleratos plectit, vt agnoſcamus Deum eſſe iuſtum, veracem, beneficum,
caſtum, & harum virtutum attributione eum à Diabolis & hominibus turpi-
tudine viciorum pollutis diſcernamus. Cumq; CASTITAS Deo placens, ſit,
vel in cœlibe vita, ſine vlla commixtione & contaminatione corporum &
ſine ſtammis impudicis, animi & corporis mundiciem retinere, vel coniugij
ordinem mirando Dei conſilio ſancitum ſeruare: ſeueriſſimè præcipit Deus
omnibus ad puritatem vitæ cœlibis non idoneis, vt in coniugij legibus re-
uerenter tuendis ipſi obediant. Eſt autem hic ordo & lex coniugij diuini-
tus ſancita, vt vnus mas & vna fœmina legitimè & inſeparabiliter iuncti ſi-
mul viuant, συμφύεες σάρκεσσι, ὁμόφρονες, ὁσεείης τε κέντρον ἐν ἀλλήλοις παρθῶ θήγον-
τῶ ἑαυτοῖς: copulati mutuo, vero, ſincero, dolci & non vago amore: non ap-
petant alios vel alias, ſed vni ſoli ſuo coniugi corpus caſtū & ſanctum vtrin-
que ſeruent. Talem ſincerum & ſuauem ac fidum amorem mutuum, exper-
tem ſuſpicionum, Zelotypiæ, moroſitatis, ſaſtidij & omnium ſtammarum,
extra coniugij metas vagantium, requirit hoc in loco Syracides. Ne zeloty-
pus ſis ſuper vxore tua pudica, id eſt, non diffidas pudicitia vxoris tuæ, non
indulgeas ſuſpicionibus: ſed ſit ſincerus, ſimplex, dolci & fidus amor mu-
tuus, quem imagine caprea & hinnuli Salomon Proverb. 5. pingit. Fuge a-
micos, ne incidas in laqueos earum. Reliqua tota concio iubet vitare vagas li-
bidades, & earum irritamenta, & illecebrarum occaſiones. Nam vitare pec-
cata & calamitates, eſt vitare occaſiones peccatorum & calamitatum. Noli
reſpicere ad puellas, ne accendaris. Nam ἐν τῷ ἔρωτι γίνεται τὸ ἔρωτι. Si neſcis oculi
ſunt in amore duces. Ideo Chriſtus, Matth. 5. iubet oculos præcipue regere
& frenare ne vagentur. Sophocles: ἔρω μὲν, τὸν δ' ἔρωθ' ἄτως ἔχω εἰ μοι θεμῖς, θε-
λοιμ' αὖ:

λοιμ' αὐ : εἰ δὲ μὴ, πάρεσ. Amo quidem, sed sic amo, fas vt mihi Si fit, velim : Si non, nihil curans, finam.

Amici veteres.

Chv

Noli relinquere amicum veterem. II. De amicis veteribus non temere mutandis. Est enim talis humanorum animorum inconstantia & volubilitas, vt presentia bona & presentes amicos facile fastidiant, & appetant novos. Sicut enim mustum & edulia quædam, initio dulcia, deinde accescunt & insuauia fiunt : ita amici initio dulces, postea fastidiuntur. εἰ δὲ τὸ ἀπλῶς ἔσθαι, τὸ τέλει ὀρεσέον καὶ τῷ χρόνῳ, vt Aristoteles loquitur, vtens hac ipsa similitudine de musto, quam Syracides hoc in loco vsurpat. Plautus : Is amicus est, qui in re dubia, re iuuat, vbi re opus est. Isocrates, iubet liberos, vt patrimonij, ita etiam amicorum patris hereditatem adire.

Non te moueat, si impium videas florere. III. Doctrina & consolatio est opponenda scandalo felicitatis Impiorum, qui aliquantisper florent, sed tandem certo & horribiliter puniuntur. Pertinet ad primum præceptum : Ego sum Dominus Deus fortis Zelotes, visitans iniquitatem, &c. Huc pertinet totus Psalm. 36. Noli æmulari in malignantibus. Et 72. Quam bonus Israël Deus. Claudianus : Sed cum res hominum tanta caligine volui Aspicerem, lætosq; diu florere nocentes, Vexariq; pios, rursus labefacta cadebat Religio, &c. Sed tolluntur in altum, Vt lapsu grauiore ruant.

Nimia familiaritate ne conuersare illis, qui habent potestatem. MODESTIÆ & PRVDENTIÆ pars est, mediocri vitæ statu contentum viuere, nec functiones nimis amplas & sublimes, aut potentum familiaritates periculosas & infidas expetere, vt in Ouidij versibus præcipitur :

Vsibus edocto si quicquam credis amico,
Viue tibi, & longè nomina magna fuge,
Viue tibi quantumq; potes prælustria vita,
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Et Soloni ad Cræsum regem Lydorum eunti, Æsopus subiecit. Cum regibus ἡ ἥκιστα ἢ ἡδιστα, aut quam paucissima aut gratissima loquenda esse. Ita Callistheni in aulam Alexandri proficiscenti Aristoteles præcipit, vt linguam prudenter frenet: Quia vitæ & necis potestatem in cuspide linguæ gestet. Pericles : Δυσφύλακτον ἐν σιωπῇ τὸ πρὸς δόξαν σέμνον. Nimia familiaritas facit contemptum. *Omnia negotia tua exige ad verbum Dei.* Regula vitæ humanæ & norma omnium consiliorum & actionum nostrarum, in agnitione & cultu Dei, & gubernatione vitæ, vnica & immota esse debet VERBUM DEI seu doctrina à Deo tradita, vt in Psalmo dicitur : Lucerna pedibus meis verbum tuum. & notum est Epigramma, quod hanc & superiorem sententiam illustrat :

Feceris haud quicquam, nisi quod fecisse necesse est,
Quamq; dedit, norma est vna sequenda, Deus,
Et fugito turbam, nisi cum Respublica poscit
Congressus modicos, futile turba malum est,
Nec tibi curabis multos adiungere amicos,
Rara hæc sunt, candor, gratia iusta fides.
Præcipue vero remis velisque potentum
Fucosas fugito cautus amicitias.

Adiunge te bonis amicis & latere cum eis. Eccles. 9. Vade & comedere cum lætitia panem tuum, & bibe in gaudio vinum tuum. Quia Deo placent opera tua.